

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

XIV. Post Gregorij magni tempora, Paulus Archiepcopus Cretæ ausus est prohibere ne ad Vitalianum Papam provocaretur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

vit Martinus circa annum D L X X I . rogantibus Episcopis provincia Gallæcia : in qua canones Græcos in epitomen redactos edit , quos accommodavit ad usum Hispaniæ & ad canones Conciliorum Toletanorum. In canone autem x i i i . causam Episcopi definiendam esse ait in synodo provinciali ; si vero divisa fuerint judicem vota , tum vocandam esse provinciam finitimam , juxta caninem Antiochenum.

X I . Secundum hanc institutionem Stephanus Episcopus , læsa majestatis reus , judicatus fuerat & dejectus à synodo provincia finitima ; Ianuarius vero Episcopus Malacitanus à collegis suis depositus fuerat. Vtque sedem apostolicam appellavit. Ob hoc itaque Gregorius Ioannem Defensorem , Romanæ Ecclesiæ ministrum , in Hispaniam misit cum summa potestate , ita ut ille solus definitivo decreto cognoscere posset de appellatione , & confirmare eorum depositiōnem , vel eos restituere , ac præterea aliquam pœnitentiam imponere Episcopis qui Ianuarium dejecerant , si constaret ita eos malitiosè egisse. id quod Defensor executus est quoad Ianuarium. In commonitorio autem quo petitionibus Episcoporum Hispaniæ respondeatur , inter alia observatur Episcopum Stephanum non debuisse judicari ab Episcopis alieni Concilij. Quod alludit ad canonem x i i i . collectionis Martini Bracarense. Sed huic eorum desiderio opponitur Novella Iustiniani ; quæ precipit ut causa civiles & criminales Episcoporum à suis Metropolitanis definiantur ; & in casu appellationis , à Patriarcha. Si quis vero reponat , inquit Gregorius , Stephanum non habuisse neque Metropolitanum neque Patriarcham , huic dici poterit ejus caufam fuisse dirimentam ab apostolica sede , quæ est caput omnium Ecclesiarum. Hæc sunt verba Gregorij : *Contra hac si dictum fuerit quianec Metropolitanum habuit nec Patriarcham , dicendum est quia à sede apostolica , que omnium Ecclesiarum caput est , causa hæc audienda ac dirimenda fuerat ; secut & predictus Episcopus petiſſe dinoſeit , qui Episcopos alieni Concilij judices habuit omnino ſuceptos.*

X II . Suspicio tamen Episcopos Hispanos non admodum patienter tulisse judicia isthæ Romana. Nam appellationis ad apostolicam ſedem removendæ causa novam legem introduxerunt in gratiam Episcopi damnati , nimis ut ei liceat secundam synodus impetrare ad obtinendam restitucionem suam. Colligitur id ex canone x x v i i . Concilij Toletani quarti habiti anno D C L X V I . cuius hæc sunt verba : *Episcopus , Presbyter , aut Diaconus , si à gradu suo in iuſtè dejectus , in*

ſecunda ſynodo innocens reperiatur , non potest eſſe quod fuerat , niſi gradus amissos recipiat coram altario de manu Episcopi.

X III . Quoad Ecclesiæ verò Gallicanam , eam Gregorius haud aliter tractavit quam Africanam. Iussit enim ut cauſæ Gallorum in Conciliis Gallicanis definiantur , ut statim ostendam.

X IV . Post Gregorij magni tempora , Paulus Archiepiscopus Cretæ , quæ patriarcatui Occidentis ſubjecta erat , ausus est prohibere ne ad Vitalianum Papam provocaretur. Depofuerat is Ioannem Episcopum Lappensem in ea insula : qui Romanum appellans , occationem dedit synodo quæ anno D C L V I I . congregata eft à Papa Vitaliano. Cum recitat fuiffent acta , revocata ſententia eft , tanquam contraria canonibus. Docet autem epiftola Vitaliani ad Paulum , eum appellationi cedere noluisse. in quo ſanè nullo jure nitebatur. Oportebat , inquit Vitalianus , tuam fraternitatem ſecundum canōnam vigorem tempore quo ſe petiit ad nos ve- nire , eum abſolvere tuis literis . id eft , ei dare miſionem five literas dimiſſorias , quem non ſolum nolauit canonice abſolvere ad principis Apoftolorum limina , ſed magis respondiſti ei , * incidenter , inquietus , quia non competenter * puto legendum eſſe indecenter quaris. Que ergo sancti sanxerunt patres , indecen- tia ſunt ?

X V . Appellationum uſus obtinebat etiam in Anglia ; ut colligitur ex Beda , qui in lib. v. hist. cap. xx. refert Vilfridum Eboracenſem Archiepiscopum , cùm anno D C C V . à ſynodo depositus fuifſet , Ioannem septimum appellaſſe , Romāque profeſtum eſſe , quod etiam accedere accusatores ejus , illuc autem restitutum fuiffe à Summo Pontifice. quæ reſtitutio demum peracta eft in ſynodo Anglicana ea de cauſa congregata.

C A P V T X I X .

Synopsis.

I . Inquiritur quonam modo ſe Galli ſub prima Regum dynaſtia gafferint circa depositiones Episcoporum. Canones Sardicenses tum recepti erant in Gallia. Synodus itaque provincie deponebat Episcopos. In caſu appellationis , Papa cauſam retralari jubebat in provincia. Probatur exempla Conumelioſi Episcopi Reiensis. Depositio tamen peragebatur , tametū appellatum fuifſet.

II . Saloniſis Episcopus Ebredunensis , & Sagittarius Vappincensis , damnati in Concilio Lugdunensi , licentiam appelliendi ſedem apostolicam petiūt à Rege Guntramno , qui literas dimiſſionis illis concesſit. Dein restituti ſunt decreto Ioannis tertij.

III . Synodus à Rege convocata fuerat ; & judices ecclesiastici ab eo dati. quod Principibus licere proba-